

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Homilia Prima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

A
j. Reg. 4. d

Hoc ibi ergo refertur: Et Deus dedit prudentiam Salomonis, & sapientiam multam valde, & latitudinem cordis sicut arenam, quae est ad oram marii, & factus est sapiens: Salomon valde super sapientiam omnium antiquorum, & super omnes sapientes Aegypti, & super Ethan Ezraitem, & Heman, & Chalcal, & Dordas filii Mahol, & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum, & locutus est Salomon tria milia parabolaram, & erant cantica eius quinque milia. Ex his ergo quinque milibus canticos volunt videre hoc viuum esse canticum quod habemus. Sed vsque quo, vel vbi cantata sunt, non solùm ad vsum, sed ne ad notitiam quidem peruenit Ecclesiarum Dei. Operosum est autem, & procul ab opere profecto, si velimus nunc inquire, quā multorum librorum commemoratio fiat in scripturis diuinis, quorum lectio nulla nobis omnino est tradita. Sed neque apud ludos haberi quidem vsum huiusmodi reperimus lectiorum, quā siue pro eo, quā aliqua supra humanam intelligentiam continebant, placuit spiritui sancto austerti de medio: siue quā efficit de scripturis his, quā appellantur Apocryphae (pro eo quā multa in eis corrupta, & contra fidem veram inveniuntur à maioribus tradita) non placuit eis dari locum, nec admitti ad auctoritatem: supra nos est pronunciare de talibus. Illud tamen palam est, multa vel ab Apostolis vel ab Euangelistis exempla esse prolati, & nouo Testamento inserta, quā in his scripturis, quas canonicas habemus, nunquam legimus: in Apocryphis tamen inveniuntur, & euidenter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed ne sic quidem locus Apocryphis dandus est: non enim transfeundi sunt termini, quos statuerunt patres nostri. Potuit enim fieri, vt Apostoli vel Euangelista fanē spiritu replete, scierint, quid afflendum ex illis esset scripturis, quidve refutandum. Nobis autem non est absq; pericolo aliquid tale presumere, quibus non est tanta spiritus abundantia. Et ideo de praesenti versiculo nos eam tenemus editionem, quam supra exposuimus, maximē cū euidentis in eo habeatur distinctio, ubi ait *Canticum canticorum, quod est ipse Salomonis*. Si enim voluerit intelligi canticorum Salomonis hoc est canticum, dixisset utique *Canticum canticorum*, quā sunt Salomoni, vel canticum ex canticis Salomonis. Nunc autem quia dixit, quod est Salomonis, ostenditur istud canticum, quod est in manibus, & quod erat ei canendum, esse Salomonis: & hoc de attituatione quam proposuit continere. Videamus ergo iam, & quā sequuntur.

H O M I L I A P R I M A .

φιλοσοφία
μετεπονθό^{τη}
ληγότεων
σικατό^{τη}
ωτού.

Osculetur me ab oculis oris sui.] Meminisse oportet illud, quod in prefatione præmoniuimus: quia libellus hic Epithalamii habens speciem, dramatis in modum conscribitur. Drama autem esse diximus, ubi certa personæ introducuntur, quā loquuntur, & alia interdum superueniunt, aliae recessunt aut accidunt: & sic totum in mutationibus agitur personarum. Hæc ergo erit totius libelli species, & secundum hanc pro viribus historica à nobis aprabitur expeditio. Spiritualis vero intelligentia, secundum hoc nihilominus quod in præfatione signauimus, vel de Ecclesia ad Christum sub sponsa vel sponsi titulo, vel de anima cum verbi Dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per historiæ speciem sponsa quædam, quā suscepit quædam sponsaliorum & doris titulo dignissima munera ab sposo nobilissimo. Sed plurimo tempore moram faciente sposo, sollicitari eam desiderio amoris sui, & conficiacente domi sua & agentem omnia, quatenus possit aliquando videre sponsum suum, atq; oscula eius perfici. Quæ quoniam nec differi amorem suum, nec adipisci se posse, quod desiderat, videt, conuertat se ad orationem, & supplicet Deo, sciens eum patrem esse sponsi sui. Consideremus ergo eam leuantem fandas manus sine ira, & disceptatione, in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate, ornata dignissimis ornamentis, quibus ornari decet nobilis sponsa, & suantem vero desiderio sponsi: & interno vulnere amoris agitataam, orationem, ut diximus, fundere ad Deum, dicere de sposo suo: Osculetur me ab oculis oris sui. Hac sunt, quæ dramatis in modum compoſita, historica continet explanatio. Interior vero intellectus, videamus, si hoc modo poterit competenter aptati. Ecclesia sit desiderans Christo coniungi. Ecclesiam autem

cœtum omnium adverte sanctorum. Hæc ergo sit quasi omnium una persona, quæ loquatur & dicat: Omnia habeo, repleta sum muneribus, quæ sponsaliorum vel doris titulo ante nuptias sumpsi. Dudum enim cū prepararet ad coniugium filii regis, & primogeniti omnis creatura, obsecuti sunt, & ministrauerunt mihi angelii sancti eius: deferentes ad me legem, sponsalis muneris loco. Lex namq; per angelos diffusa dicitur in manu mediatoris. Ministraverunt mihi etiam Prophetae. Locuti sunt enim omnia & ipsi, per quæ non solùm ostenderent & indicarent mihi de filio Dei, cui me delatis his quæ appellantur arris & muneribus dotalibus spondere cupiebant: verū vt & in amorem me cius desideriumq; succenderent, pronunciauerunt mihi prophetice vocibus de aduentu eius, & de innumeris virtutibus operibusq; eius immensis, repleti spiritu sancto prædicauerunt. Pulchritudinem quoq; eius & speciem ac mansuetudine descriperunt, ita vt omnibus his ad amorem eius integralleriter inflammeretur. Sed quoniam seculumiam penè finitum est, & ipsius quidem præfentia non datur mihi: folios autem ministros eius video ascendentis & descendentes ad me: propter hoc ad te patrem sponsi mei precem fundo, & obsecro, vt tandem miseratus animo rem nostrum, mittas eum, vt iam non mihi per ministros suos angelos duntas & Prophetas loquatur: sed ipse per semetipsum veniat, & osculetur me ab oculis oris sui, verba scilicet in os meum sui oris infundat: Ipsum audiā loquenter, ipsum videam docentem. Hæc enim sunt Christi oscula, quæ porrexit Ecclesia, cū in aduentu suo ipse Christus in carne positus, euangelizauit ei verba fidei, & charitatis, & pacis, secundum quod Esaias promiserat, & promissus ad Iponiam dixerat: Non legatus, neq; angelus, sed ipse Dominus saluabit nos. Tertio vero expositionis loco introducimus animam, cuius omne studium sit coniungi & consociari verbo Dei, & intra mysteria sapientiae eius ac scientiæ velut sponsi coelestis thalamos intrare: cuiq; anima præfentia eius etiam munera data sunt, doris scilicet nomine. Sicut enim Ecclesia dos fuit legis & Prophetarum volumina: ita huic lex naturæ & rationalis sensus ac libertas arbitrii, dotalia munera deputentur. Habens autem hæc doris sua munera, sit ei primò eruditiois doctrina à monitoribus doctribusq; descendens. Sed quoniam in his non est ei plana atque perfecta desiderii sui & amoris explatio: deprecetur vt mens eius pura & virginalis, ipsius verbi Dei illuminationibus & visitationibus illustretur. Cum enim nullo hominis vel angeli ministerio diuinis sensib; & intellectibus mens impletur, tunc ipsius oscula verbi Dei sufficiere sela credat. Propter hæc ergo & huiusmodi oscula, dicat anima orans ad Deum: Osculetur me ab oculis oris sui. Dum enim inde capax fuerit, vt ipsius verbi Dei caperet veram solidamq; doctrinam, necessaria suscepit oscula, id est, sensus ab ore doctorum. Vbi vero sponte iam cœperit obscura cernere, enodare perplexa, inuoluta dissoluere, parabolas & anigmata dicta, sapientium, competentibus intelligentiæ lineis explicare: tunc iam oculis ipsius sponsi sui, id est, verbi Dei, suscepisse se credat. Ideo autem oculi pluraliter posuit, vt intelligamus vniuersiisque obscuri sensus illuminationem, osculum esse verbi Dei ad animam perfectam delatum: & secundum hoc forte dicebat prophetica & perfecta mens: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Os autem sponsi intelligentius virtutem Dei, qua illuminat mentem, & velut sermone quadam amoris ad eam facto (si tamen capere mereatur tantæ virtutis præfentiam) incognita quæq; sibi & obscura manifestat. Et hoc est verius propriusq; & sanctius osculum, quod à sposo Dei verbo porrigitur dicitur sponsa: pura scilicet anima & perfecta. Cuius rei imago est illud osculum, quod in Ecclesia sub tempore mysteriorum nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde nostro aliiquid quod de diuinis dogmatibus sensibusq; queritur, absq; monitoribus inuenimus, toties oscula nobis data esse à sposo, Dei verbo, credamus. Vbi vero querentes aliiquid de diuinis sensibus inuenire non possumus, tunc affectu huius orationis allumpto, petamus à Deo visitationem verbi eius, & dicamus: Osculetur me ab oculis oris sui. Scit autem pater vniuersiisque anima capacitatem, & nouit quo tempore, cui anima, quæ oscula verbi sui portigere in intellectibus duntas, & sensibus debeat.

[Quia bona sunt vbera tua super vinum, & odor vnguentorum tuorum su-

C

Gal. 2.6

Esa. 63. b
Sec. 70.

D

Psal. 118. 1

Psal. 118. 6

Gloss. 2. 1

Lxx. 2. 1

rum super omnia aromata.] Intellige prius quasi in historia dramate, sponsam eleuatis ad Deum manibus orationem fudisse ad patrem, & orasse, vt iam veniret ad eam sponsus, & ipse ei oculum proprioris infunderet. Dumq[ue] haec oraret ad patrem, in ipsa oratione qua dixit: *Osculetur me ab oculis oris sui:* parat etiam alia orationis verba subiungere ac dicere: quia in hoc principio sermonis affuerit sponsus, & orati ei astutus est acreuelasset verba sua, ipsiusque sponsum vnguentis mirificis, & quibus sponsum fragrante decebat, constitutus est delibutum. Sponsa vero, vbi adeisse vidit eum, pro quo orabat, ut ad esset, & adhuc loquenti sibi praesumit quod orabat, ac data sibi ab ipso oscula quae popofcerat: lata pro hoc reddita, & decoro vberum ac fragrantia ipsius odore permota, proposita orationis sermoni conuerit ad praesentiam sponsi, qui aderat, & cum dixisset: *Osculetur me ab oculis oris sui:* subiungit post haec ad praesentem iam sponsum, dicens: *Bona vbera tua super vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Haec interim secundum histoniam intelligentia, quam dramatis in modum praediximus textam: Nunc vero, quid intellectus interior habeat, requiramus: Diuersis vocabulis principale cordis appellari, in scripturis diuinis inuenimus: quae vocabula pro causis ac rebus, de quibus agitur, aptari solent. Interdum enim cor dicitur, vt: *Beati in mundo corde: Et, Cor de creditur ad iustitiam.* Si vero conuiui tempus sit, pro specie & ordine discubentium, vel sinus vel pectus appellatur: sicut Iohannes in Euan gelio refert quodam discipulo, quem amabat Iesu, quod in sinu eius, vel supra pectus eius recumbet. Ille profecto cuiusnuis Simon Petrus dicebat: Interroga, quis est hic, de quo dicit: *Post hoc vero recumbens super petus Iesu, dicit ei: Domine quis es?* In his enim certum est, quod Iohannes in principali cordis Iesu, atque interni doctrina eius sensib. requieuisse dicatur, ibi requirens & perscrutans thesaurum sapientiae & scientiae, qui reconditi erant in Christo Iesu. Sed quod sinus Christi in loco dogmatum sanctorum accipiat, puto indecens non videri. Diuersis ergo modis, vt dicere cœperamus principale cordis in scripturis sanctis designatur, sicut & in Leuitico nihilominus vbi de sacrificiis pectusculum separationis, & brachium sacerdotibus sequentur: & in hoc se querstratum ac separatum pectusculum & brachium, præcellens cateros homines principale cordis & operum decus vult esse in sacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico, prout Dominus dare dignatus est, exposuimus. Secundum haec ergo etiam in praesenti loco, quandoquidem amatorium videtur drama, quod agitur, in vberibus principale cordis intelligamus, vt tale videatur esse, quod dicitur: *Cortu[m] o[ste]n sponsa & mens, id est, dogmata, quae infra te sunt, vel de doctrina gratia, superat omne vinum, quod cor hominis latifacie solet.* Sicut enim in his de quibus dicit: *Quia Deum videbunt: cor competenter dictum esse videatur, & interdiscubentes sinus ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discubentium, formaq[ue] conuiuii: & rursus ut apud sacerdotes pectusculum & brachium mysticis designatur eloquitis, ita etiam arbitror in praesenti loco, vbi amantium habitus & colloquentia describitur, gratissime hoc ipsum principale cordis in vberib[us] appellatum.* Bona ergo sunt vbera sponsi quandoquidem thesauri sunt in eis sapientia & scientia reconditi. Vbera autem haec vino comparat sponsa: sed ita comparat, ut preferat. Vinum autem illa intelligenda sunt dogmata & doctrina, que per legem & Prophetas, ante adventum sponsi, sumere sponsa consuecerat. Sed hinc considerans hanc doctrinam, quæ ex vberibus profluit sponsi, miratur & stupet, videns eam longe præstantiem, quam illam ex qua ante adventum sponsi latificata fuerat: tanquam ex vino spirituali, quod ministrabat sancti patres & Prophetæ, qui etiam huius generis planterunt vineas, vt Noe primus, & Esaias in cornu in loco vberi, & coluerint eas. Videns ergo nunc multam esse eminentiam dogmatum & scientiarum apud sponsum: & longe ex eo perfectiorum, quam fuit apud antiquos, emanare doctrinam, dicit: *Bona sunt vbera tua super vinum: super illam scilicet doctrinam, qua latificabatur ab antiquis.* De hoc enim antiquorum vino intelligendus est Ecclæsties dicens, vbi ait: *Ego dixi in corde meo: veni & tentabo te in letitia, & ridebo in bono.* Et iterum de eisdem vineis loquens idem Ecclæsties dicit: *Magnificauit mihi opus meum, edificauit mihi domos, plantauit mihi vineas, feci mihi hortos & paradisos, & reliqua. Sunt au-*

tem huius vineæ mystici etiam ministri quidam, qui vini fuores appellantur. Sic enim idem dicit: *Et feci mihi cantores & cantatrices in letitia filiorum hominum, vini fuores, & vini suspirices.* Vide ergo, si possimus tum in carteris, tum etiam in hoc intelligere Saluatorem, veteri vino, nouella vberum suorum fluenter miscentem, cum Maria & Ioseph quærentes inuenirent eum in templo sedentem in medio doctorum, & audiensem atque interrogantem eos, quando & mirabantur omnes super responsus eius. Sed & ibi fortassis species formæ huius expletur, vbi ascendens in montem docebat populos, & dicebat: *Dicitum est antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis: Omnis qui irascitur fratris suo sine causa, reus erit. Et dicitum est antiquis: Non adulterabis. Ego autem dico vobis: Omnis qui yderit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo.* In quantum ergo doctrina haec eius præcellit illam antiquam, intantum sponsa intelligit & pronuntiat bona esse vbera eius super vinum. Sed & quod vorax dicitur filius hominis & bibens, dicunt: *Ecce homo vorax & vinum bibens, ad hos nihilominus respicit, tale & illud vinum fuisse in Chana Galileæ, quod bibeatur in coniuio nuptiali: quo deficiente fecit & aliud vinum: cui testimonium reddit architrichinus, quod sit valde bonum: & eo vino quod expensum fuerat, multò praestantis, cum dicit: Omnis homo primò bonum vinum ponit: & cum inebriatori fuerit, id quod deterius est: tu antea seruasti vinum bonum vñq[ue] nunc.* Sed & Salomonem, qui pro accepta Dei sapientia in admiratione fuit regina Saba, quæ venerat tentare eum in questionibus, in quibus eum eadem regina scrutatur & miretur: audi scripturam referentem: *Et vidit, inquit, regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & donum quam adilicauit, & apparatum coniuii eius, & sedem puerorum eius, & ordinem ministrorum eius, & vestitus eius, & vini fuores eius, & holocausta eius, que offerebat in domo Dei: & stupofacta est, & reliqua. In his ergo aduerte, quomodo haec que venit à finibus terra audire sapientiam Salomonis, inter cetera miratur & cibos coniuii eius, vel vini fuores eius: & super his dicitur oblitus pueri. Necio autem si ita inceptam putemus fuisse reginam, quæ ob hoc venerata à finibus terra, vt audiret sapientiam Salomonis, vt miretur cibos corporales, & vinum istud commune, ac pincernas vini in ministerio regis. Quid enim in his admiratione dignum reginæ videtur, quæ communia penè omnibus sunt hominibus? Sed mihi videtur miratam esse cibos doctrinæ eius, & vinum dogmatum, quæ ab eo per diuinam sapientiam prædicabantur. Hoc erat vinum & illud, quod per Hieremiam testatur de filiis Ionadab, filiis Rechab, qui eo tempore quo peccata populi inualuerant, & pro iniquitatibus plebis capitulatas imminebant, conuocati sunt, vt biberent vinum. Et dixerunt, quia mandauerat eis pater suus Ionadab, ne biberent vinum ipsi & filii sui in seculum: neq[ue] domos aedificarent, neq[ue] seminarent semen, neq[ue] plantarent vineas: sed in tabernaculis habentarent omnibus diebus vitæ suæ. Et amplectitur eos Deus, eo quod custodierint præceptum patris sui, & noluerint bibere vinum. Pro peccatis enim tunc populi, & iniquitatibus eorum, erat vinea eorum ex vinea Sodomorum, & palmitæ eorum ex Gomorra. Vna eorum vna fells, & botrys amaritudinis. Venenum aspidum, & furor draconum erat vinum eorum. Propter hoc ergo laudabiles habentur filii Ionadab, qui tale vinum, venenata scilicet dogmata, & aliena à fide Dei, bibere & suscipere recusarunt. Propter hoc ergo fortassis percussit Deus vineas Ägyptiorum, sicut in Psalmo scriptum est, ne tale facerent vinum. Igitur sic intelleximus vini differentias, easq[ue] pro diuersitate dogmatum constare perspicimus, quod ait hic sponsa: *Quia bona sunt vbera tua super vinum: super vinum vñq[ue] intelligamus bonum, non malum. Bonis enim non malis comparata dogmatis, sponsi dogmata preferuntur. Bonum enim vinum gauderat prius in lege & Prophetis: ex quo velut premeditata erat sponsa letitiam cordis accipere ac preparare, vt capere posset etiam illam, quæ affutura erat per vbera ipsius sponsi, excellentiorem cunctis cernens eorum doctrinam: & ideo dicit. Bona sunt vbera tua super vinum: & vide, si adhuc formæ huic aptare possimus illam Euan gelii parabolam, quæ dicit: Simile est regnum celorum thesauru ab cordio in agro: quem qui inuenierit, abscondit: & pro gaudio eius vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum.**

Est ergo thesaurus non in deserto aliquo loco, neque in silvis, sed in agro absconditus. Et possibile utique est agrum

G
ibidem b

Lue. 2.8

Matt. 5.6.
Exod. 20.
Deut. 5.6Matt. 21.6
Ioan. 2.1.6.b7 Reg. 10.6
Ex 2. Par.
9.6.6Hier. 31.6
6 seq.

Deut. 32.6

Psal. 77.6

Matt. 13.6.f

A illum habere etiam vineas, quæ afferant vinum: habere etiam thesaurum, propter quem distraictis omnibus emit agrum illum, is qui inuenitib[us] thesaurum. Potest ergo dicere ille, qui emit agrum: *Quia bonus est thesaurus, qui est in agro, magis quam vinum quod est in eo.* Ita ergo & bonus est sponsus, atque vbera sponsi, quæ velut thesaurus absconditus est in lege & Prophetis, magis quam vinum quod est in eis, illa scilicet doctrina, quæ palam est, & latificat audientes. Bonae ergo sunt vbera sponsi. Thesauri n[on] sunt sapientia & scientia in eo absconditi: qui cum aperte & reuelati fuerint oculis sponsi, multò præstantiores ei videbuntur, quam fuit prius istud vinum legis & doctrina prophetica. Sed & si tertiam expositionem de anima perfecta & verbo Dei sebeamus, possumus dicere: quia quis donec parvulus est, & nō dum semetipsū ex integrō obtulit Deo, bibit vinum quod afferit ille, qui habet intra se etiam thesaurum absconditum, & bibens latificatur ex vino. Cum autem obtulerit & deuouerit semetipsum Deo, ac Nazarens fuerit esse Iesus, atque inuenierit thesaurum absconditum, & ad ipsa vbera fontesque peruenient verbū Dei: *vinum & sacerdiam non biber*, dicens ad ipsum Dei verbum de his thesauris, qui in ipso scientia & sapientia recessunt. *Quia bona sunt vbera tua super vinum.* Sunt autem vnguentum quadam sponsi, quorum fragranzia delectata est sponsa, & dicit: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.*] Aromata species sunt pigmentorum. Sponsa autem habuit quandam vsum & notitiam aromatum, hoc est, verborum legis & Prophetarum: quibus aduentum sponsi, medicoriter licer, instrui tamen videbatur & exerceri ad cultum Dei, ut pote parvula adhuc & sub curatoribus & auctoribus agens & Pædagogis. *Les enim pedagogus noster fuit ad Christum.* Hac autem omnia aromata fuerant, in quibus enutriti visa est, & sponsa suo preparari. Sed ubi venit plenitudo temporum, & adolevit, atq[ue] vnguentum suum pater spiritu sancto vnguentum misit in hunc mundum, odorata sponsa diuinum vnguentum fragrantiam: sentiensque quod illa omnia aromata, quibus prius vla videbatur longe inferiora sint ad comparationem suauitatis noui huius & celestis vnguenti, ait: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Et quoniam Christus idem sponsusque idem Pontifex dicitur. Pontifex quidem secundum hoc quod mediator est Dei & hominum, omnique creature, pro qua & propitiatio factus est, semetipsum offrendo holitam pro peccato mundi. Sponsus vero secundum hoc, quod Ecclesia iungitur non habent maculam, aut ruginam, aut aliquid horum, confidera, ne forte vnguentum illud pontificale, quod in Exodo componi iubetur arte pigmentarii, istius vaguenti, quod nunc odorata sponsa miratur, tenet rationem. Et videns quod illa quidem aromata, quibus compositum vnguentum videbatur, quo Aaron vnguetus est: quoniam erant terrena & materie corporalis, hoc autem vnguentum quo nunc vnguentum vidit sponsum, spirituale est & celeste, idcirco dicit: *Quia odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.*

Videamus ergo, quomodo compositum sit illud vnguentum. *Et locutus est Dominus, inquit, ad Moysen, dicens: Accipe tibi florē myrrā & electā, quingentos scilos, & cinamomum suave, ducentos quingentos scilos: & calamus suavem, ducentos quingentos scilos: & casia quingentos scilos, secundum scilicet sancutum: & oleum ex olulis binis, & facies illud oleum christianum sancti vnguentum artepigmentari.* Hæc autem in lege quidem referri audierat sponsa, sed rationem eorum veritatemque nunc perspicit.

Vide ergo, quod ista quatuor species vnguenti istius, formam tenebant incarnationis verbi Dei, quod ex quatuor elementis compaginatum corpus assumptum: in quo corpore myrra illa mortis eius, quam sive ut Pontifex pro populo, sive ut sponsus pro sponsa suscepit, seruat indicia.

Quod vero non simplierter myrra, sed flo myrræ & myrræ electæ scriptum est: non solum mortem eius, sed & primogenitum eum futurum ex mortuis indicabat, atque eos qui complantati fuissent, similitudini mortis eius, non non solum vocatos, sed eleatos futuros.

Cinamomum vero immacularum dicitur, propter Ecclesiam sine dubio, quam purificauit lauacro aquæ, & immacula fecit, non habentem maculam aurugam, aut aliquid huiusmodi. Sed & calamus assumitur: quia lingua eius etiam est calamus scriba velociter scribentis, doctrina gratiam pigmentis designans

suauitatis. In eis quoque species adhibet calidissimas, ut referantur ad ardentissima: in qua vel spiritus sancti feruor, vel futuri per ignem iudicii ostenditur forma. Numerus vero quingentorum vel ducentorum quinquaginta scilorum in eo mysterium tener, centupliciter perfectorum, ut remissio nem peccatorum per eum datam significet: quinquagenarius enim iubileus in his est quintupliciter politus. Sed haec omnia oleo pure colliguntur, per quod offenditur, vel misericordia vel salutis causa fuisse, quod is, qui erat in forma Dei, formam serui suscepit: vel ea quæ ex materiali substantia in Christo fuerant assumpta, per spiritum sanctum redacta in vnum fuisse, atque in vnam speciem, quæ est persona mediatoris effecta. Illud ergo oleum materiales, nullo genere oleum latitiae appellari potuit. Itud autem oleum, id est, spiritus sancti vnguentum, quo vnguetus est Christus, & cuius nunc odorem percipiens sponsa admirata est, oleum latitiae, quia fructus spiritus gaudium est, meritò appellatur: quia vinxit eum Deus, qui dilexit iustitiam, & odio habuit iniuriam. Propreterea enim dicitur: *Vnxit eum Dominus Deus suis oleo letitiae pre participibus suis.* Et ideo odor vnguentorum eius est super omnia aromata. Simili autem expositione vivimus, etiam si ad vnam quamque animam in amore & desiderio verbi Dei positam transferatur hic sermo: cui suunt omnes doctrinae per ordinem decursus: in quibus ante agitationem verbi Dei, exercitata videatur & eruditā: sive ex moralibus descendentes, sive ex naturalibus scholis.

Erant enim ei omnia ista aromata quadam, pro eo quod in his institutio probabilis, & morum conquiritur emendatio, quod deprehenditur in his vanitas seculi, & caducarum rerum respuntur falsa miracula.

Erat ergo ei hæc omnia velut aromata, & odoramenta quedam animæ pigmenta. Sed ubi ad cognitionem diuinorum mysteriorum, & diuinorum dogmatum scientiam ventum est: ubi ad ianuas sapientiae ipsius, & sapientia non huius mundi, neque principium huius mundi, qui destruit, accessum est: fed ad ipsam Dei sapientiam, quæ inter perfectos disseritur: & ubi mysterium, quod prioribus generationibus non fuit notum, filius hominum reuelatum est: ubi, inquam, anima ad tantu cognitionem ascendit arcani, merito dicit: *Odor vnguentorum tuorum, spiritualis scilicet intelligentia & mystica, super omnia aromata, moralis naturalis Philosophia.* Non autem lateat nos, quod in quibusdam exemplaribus pro eo quod legimus: *Quia bona sunt vbera tua super vinum, inuenimus scriptum: Quia bona sunt loquela tua super vnum, quod quamvis videantur significasse evidenter ea ipsa, quæ à nobis spirituali interpretatione diserta sunt: tamen nos Septuaginta interpretum scripta per omnia custodimus: certi quod spiritus sanctus mysteriorum formas obiectas inesse voluit in scripturis diuinis, & non palam atque in proposito haberet.*

*Vnguentum exinanitum nomen tuum: propterea adolescentia dilexerunt te, ac traxerunt te post se. In odore vnguentorum tuorum curremus.] Historica quidem exppositio eadem que in superioribus, percurrit etiam in praesenti loco, donec fiat aliqua mutatio personarum. Ita quippe ordo dramatis, qui ab aliis in hac exppositio receptus est, poscit. Possunt sancte in Propheta quadam videri ex persona sponsa prolatæ de Christo, quod futurum esset in adventu Domini & Salvatoris nostri, ut nomen eius ita per orbem terræ, & per vniuersitatem mundum diffunderetur, ut fieret odor suavitatis in omnibus locis, sicut & Apostolus dixit: *Quia Christi bonus odor sumus in omni loco. Aliis quidem odor ex morte in mortem: aliis autem odor de vita in vitam.* Si enim omnibus fuisse odor vitae in vitam, diffleret vnde & hic: Omnes dilexerunt te, & traxerunt te. Sed nuncait: Vbi nomen tuum est factum vnguentum exinanitum, dilexerunt te: non illa vetula, ac veterem hominem induitam animam, neque rugas habentes, neque maculas, sed adolescentulæ, in augmento scilicet etatis & pulchritudinis posita anima, quæ semper innouantur, & de die in diem renouantur, nouum se hominem induentes, qui secundum Deum creatus est. Properistas ergo adolescentulas, & in augmentis vita & profectibus positas, exinanuit se illæ, qui erat in forma Dei, ut fieret vnguentum exinanitum nomen eius: ut non iam inaccessam lucem tantummodo habueret, & in forma Dei permaneteret, sed verbum caro fieret:*

quod pol-

Exod. 25. a

Exod. 30. c

2. Tim. 2. b

Hebr. 8. 9.

Col. 1. 12.

1. Cor. 2. 12.

1. Cor. 2. 13.

1. Cor. 2. 14.

1. Cor. 2. 15.

1. Cor. 2. 16.

1. Cor. 2. 17.

1. Cor. 2. 18.

1. Cor. 2. 19.

1. Cor. 2. 20.

1. Cor. 2. 21.

1. Cor. 2. 22.

1. Cor. 2. 23.

1. Cor. 2. 24.

1. Cor. 2. 25.

1. Cor. 2. 26.

1. Cor. 2. 27.

1. Cor. 2. 28.

1. Cor. 2. 29.

1. Cor. 2. 30.

1. Cor. 2. 31.

1. Cor. 2. 32.

1. Cor. 2. 33.

1. Cor. 2. 34.

1. Cor. 2. 35.

1. Cor. 2. 36.

1. Cor. 2. 37.

1. Cor. 2. 38.

1. Cor. 2. 39.

1. Cor. 2. 40.

1. Cor. 2. 41.

1. Cor. 2. 42.

1. Cor. 2. 43.

1. Cor. 2. 44.

1. Cor. 2. 45.

1. Cor. 2. 46.

1. Cor. 2. 47.

1. Cor. 2. 48.

1. Cor. 2. 49.

1. Cor. 2. 50.

1. Cor. 2. 51.

1. Cor. 2. 52.

1. Cor. 2. 53.

1. Cor. 2. 54.

1. Cor. 2. 55.

1. Cor. 2. 56.

1. Cor. 2. 57.

1. Cor. 2. 58.

1. Cor. 2. 59.

1. Cor. 2. 60.

1. Cor. 2. 61.

1. Cor. 2. 62.

1. Cor. 2. 63.

1. Cor. 2. 64.

1. Cor. 2. 65.

1. Cor. 2. 66.

1. Cor. 2. 67.

1. Cor. 2. 68.

1. Cor. 2. 69.

1. Cor. 2. 70.

1. Cor. 2. 71.

1. Cor. 2. 72.

1. Cor. 2. 73.

1. Cor. 2. 74.

1. Cor. 2. 75.

1. Cor. 2. 76.

1. Cor. 2. 77.

1. Cor. 2. 78.

1. Cor. 2. 79.

1. Cor. 2. 80.

1. Cor. 2. 81.

1. Cor. 2. 82.

1. Cor. 2. 83.

1. Cor. 2. 84.

1. Cor. 2. 85.

1. Cor. 2. 86.

1. Cor. 2. 87.

1. Cor. 2. 88.

1. Cor. 2. 89.

1. Cor. 2. 90.

1. Cor. 2. 91.

1. Cor. 2. 92.

1. Cor. 2. 93.

1. Cor. 2. 94.

1. Cor. 2. 95.

1. Cor. 2. 96.

1. Cor. 2. 97.

1. Cor. 2. 98.

1. Cor. 2. 99.

1. Cor. 2. 100.

1. Cor. 2. 101.

1. Cor. 2. 102.

1. Cor. 2. 103.

1. Cor. 2. 104.

1. Cor. 2. 105.

1. Cor. 2. 106.

1. Cor. 2. 107.

1. Cor. 2. 108.

1. Cor. 2. 109.

1. Cor. 2. 110.

1. Cor. 2. 111.

1. Cor. 2. 112.

1. Cor. 2. 113.

1. Cor. 2. 114.

1. Cor. 2. 115.

1. Cor. 2. 116.

1. Cor. 2. 117.

1. Cor. 2. 118.

1. Cor. 2. 119.

1. Cor. 2. 120.

1. Cor. 2. 121.

1. Cor. 2. 122.

1. Cor. 2. 123.

1. Cor. 2. 124.

1. Cor. 2. 125.

1. Cor. 2. 126.

1. Cor. 2. 127.

1. Cor. 2. 128.

1. Cor. 2. 129.

1. Cor. 2. 130.

1. Cor. 2. 131.

1. Cor. 2. 132.

1. Cor. 2. 133.

1. Cor. 2. 134.

1. Cor. 2. 135.

1. Cor. 2. 136.

1. Cor. 2. 137.

1. Cor. 2. 138.

1. Cor. 2. 139.

1. Cor. 2. 140.

1. Cor. 2. 141.

1. Cor. 2. 142.

1. Cor. 2. 143.

1. Cor. 2. 144.

1. Cor. 2. 145.

1. Cor. 2. 146.

1. Cor. 2. 147.

1. Cor. 2. 148.

1. Cor. 2. 149.

1. Cor. 2. 150.

1. Cor. 2. 151.

1. Cor. 2. 152.

1. Cor. 2. 153.

1. Cor. 2. 154.

1. Cor. 2. 155.

1. Cor. 2. 156.

1. Cor. 2. 157.

1. Cor. 2. 158.

1. Cor. 2. 159.

1. Cor. 2. 160.

1. Cor. 2. 161.

1. Cor. 2. 162.

1. Cor. 2. 163.</p

quod possent iste adolescentulae & in augmentis profectum posita anima, non solum diligere, sed & trahere eum ad se. Trahit enim unaquaque anima, & assument ad se verbum Dei pro capacitatis & fidei sua mensura. Cum autem traxerint ad se anima verbum Dei, & sensibus suis atque intellectibus infererint, & dulcedine eius & odoris senserint suauitatem: ubi vnguentorum eius fragrantiam ceperint, rationem duntaxat aduentus eius & redemptiois ac passionis causas charitatemque agnouerint, qua pro salute omnium visque ad mortem crucis, immortalis accessit: & his omnibus velut divini cuiusdam & ineffabilis vnguenti odoribus, inuitatae adolescentulae, id est, anima, plena vigoris atque alacritatis effecta, currunt post ipsum, atque ad odorem suavitatis eius non lenigradu, nec tardis passibus, sed rapido cursu, & tota operatione festinant: quemadmodum & ille qui dicebat: *Sicut curro, ut comprehendam.* Verum quod ait: *Vnguentum exinanitum nomen tuum: properet adolescentula dilexerunt te, & traherunt te post te: In odorem vnguentum tuorum curremus.* Trahant ad se Christum adolescentulae: si quidem de Ecclesiis intelligatur, quae una quid est, cum perfecta est. Multae vero sunt adolescentulae, cum adhuc instruuntur & proficiunt. Ita ergo trahunt ad se Christum per fidem: quia Christus, ubi videtur congregatos duos vel tres in fide nominis sui, vadit illuc, & est in medio eorum, fide eorum tractus, & vnanimitate provocatus. Si vero tertia expositione, de anima verbum Dei sequente intelligi haec oportet, quaecunque anima fuerit studita: primò in mortalibus, secundò etiam in naturalibus exercitata, per illa omnia que in his disciplinis edoceri supra ostendimus, ipsa morum emendatio, & eruditio rerum, ac probitas disciplinae, trahit ad se verbum Dei. Et libens trahitur. Gratissime enim ad eruditas animas venit, & trahi se ab his indulger accipit, benigneque concedit. Requiri sanè, si solum nomen eius, quia vnguentum factum est exinanitum, tantum operis egerit, & ita suscitari adolescentulas, ut primò traherent eum ad se, & habentes eum apud se, caperent vnguentorum eius odorem, & statim current post eum. Si haec, inquam, omnia solo nomine eius effecta sunt, quid putas, faciet ipsa eius substantia? Quid ex illa adolescentula sit virtus, quid vigoris accipient: si que pacto potuerint aliquando ad ipsam incomprehensibilem atque ineffabilem substantiam eius peruenire? Ego puto, quod si ad hoc aliquando peruenierint, iam non ambulent, neque currant: sed vinculis quibusdam charitatis eius atristae, adhaerant ei: ne ultra mobilitatis aliquis nullus in eis residet locus, sed sint cum eo unus spiritus, & compleatior in eis illud, quod scriptum est: *Sicut tu pater in me, & ego in te num sumus: ita & iisti in nobis unum sumus.* Sed nunc interim, ut videtur, sponsa consociatis sibi adolescentulam multis, quarum in posterioribus nullus esse numerus dicuntur, ab uno solo sensu, id est, odoratu tantummodo capta, currere se in odorem vnguentorum sponsi commemorat, sive quod ipsa cursu indigeat adhuc & profectu: sive quod ipsa quidem perfecta sit, pro his autem adolescentulis, quae adhuc cursu & profectibus indigent, etiam ipsa se currente fateatur: sicut & ille, qui, cum ipse sub lege non esset, sit ramen sub lege, ut eos, qui sub leges sumi, lucris faciat. Et iterum cum in lege sit Christi, his tamen qui sine lege sunt, sit & ipse sine lege, ut eos qui sub lege sunt, saluet. Et hoc fit, ut diximus, solo adhuc odoratu eis accepto. Quid putas, agent, cum & auditum earum, & visum, & tactum, gustumque occupauerit verbum Dei, & singulis quibusque sensibus, virtutes ex le competentes nature earum capacitatibus, praeberet: ita ut oculus si videre potuerit gloriam eius, gloriam tanquam vnguentum a parte, aliud ultra iam videre nolit: neque, auditus aliud, quam verbum vita & salutis audire. Sed & cuius manus palpauerit de verbo vita, nihil ultra materiale, nihil fragile caducumque palpabit: neque gustus cum gustauerit bonum verbum Dei, carnemque eius & panem, qui de celo descendit, aliud quid post haec gustare patietur. Pra dulcedine namque ipsius & suavitatem, omnis reliquis ei sapor asper videbitur & amarus, & ideo hoc solo vesctetur. Omne namque suavitatem, quamcumque cupierit, in hoc inueniet: ad omnia namque appetitum se reddidit & habilem. Denique, his qui ex incorruptibili semine regenerantur, rationabile & sine dolo efficitur lac. His vero qui infirmantur in aliquo, olera se praebet ad hospitalitatis amicitiam & gratiam. His vero qui pro possibilitate

sumenti exercitatos habent sensus, ac discretionem boni & mali, cibum se solidum praebet. Si qui vero sunt, qui exierint de Aegypto, & secuti columnam ignis & nubis in eremum venerint, de celo ad illos descendit, minutum & subtilem eis praebens cibum angelico similem, ita ut panem angelorum manducet homo. Habet & alias multas in semetipso atque innumeratas ciborum differentias, quas interim pelle quis & carne offibusque induit & neruis, capere non potest. Qui autem dignus fuerit redire, & esse cum Christo: quique in parvo fidelis inuenit, constitutus super multa, ille gustabit & capiet voluntatem Domini: perductus ad locum quandam, qui pro huicmodi ciborum copiis & varietatibus, delitiorum nominatur locus. Propter quod & in Eden positus dicitur, quod delitias indicat. Ibi enim dicetur ad eum, delitiae in Domino. Delitabatur autem non in uno solo edendi, gustandique sensu: sed & auditu delitabatur & visu, & tactu, odoratuque: delitabatur: in odorem namque vnguenti eius currit. Et ita omnibus sensibus suis delitabatur in verbo Dei, is qui ad summam perfectionis ac beatitudinis venerit. Unde & in his positis locis, deprecamur auditores horum, ut mortificent carnales sensus, ne quid ex his, quae dicuntur, secundum corporis motus excipiatur: sed illos diuiniores interioris hominis ad hanc capienda sensu exhibeant, sicut Salomon edocet nos, dicens: *Sensum autem diuinum inuenies.* Et ut Paulus quoque, ad Hebreos scribit de perfectis, ut supra memorauimus: qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni vel mali, ostendens esse in homine prater hos corporeos sensus, quinque alios nihilominus, qui per exercitia queruntur, & exercitati dicuntur, cum scilicet intelligentiam rerum acumine acriore discutint. Non enim perfunduntur, & ut libet audiendum est, quod Apostolus de perfectis dicit: *Quia exercitatos habent sensus ad discretionem boni vel mali.* Quod ut clarius elucescat: sumamus, si videtur, exemplum ab his corporalibus sensibus: & ita demum statim ad illos diuininos, quos scriptura nominat sensus interioris hominis, inuenimus. Si enim corpus oculus exercitium visus habeat, nullo impediente obstatulo, integrè, & absq; illa faciliter vel colores corporum, vel magnitudines qualitatesque deprehendet. Nam si aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impeditur aspectus, & rubrum pro albo, & viride pro nigro, aut rectum purat esse aliquid, cum curvum sit & tortuosum, coneturabitur sine dubio iudicium mentis, & aliud pro alio agetur. Ita ergo & interior visus, nisi eruditione & industria fuerit exercitatus, quo per multam peritiam discretionem boni habeat ac mali, sed ignoratia & imperititia tanquam caligo oculis inciderit, aut etiam malitia alicuius languor tanquam lippis oculis accederit, discrimen boni aut mali intueri nullatenus possit: & inde fieri, ut mala pro bono agat: bona vero pro malis spernat. Secundum hanc vero formam, quam de visu corporis animaque tractauimus, consequenter etiam de auditu, & gusto, & odoratu, tactuque per singulas quasque sui generis virtutes sensuum corporalium, referemus ad anima sensus, quae in singulis adhibere debeant exercitia, quaeque debet emendatio parari dilucide recognoscimus. Hac autem paulo latiori excepti profecti sumus, ostendere volentes odoratum sponsorum & adolescentularum, quo odorata sunt odorem vnguentorum sponsi, non corporis sensus, sed diuinum odoris illius & interioris, qui appellatur hominis, dici. Hic ergo odorationis sensus, in quo fatus est & integer, odore Christi accepto, ex vita adducit ad vitam. Sivero non sit fatus, hoc odore suscepito, de morte in mortem deicxit, secundum illum qui dicebat: *Quoniam Christi bonus odor sumus, alius quidem de vita in vitam: alius autem de morte in mortem.* Denique & hi quibus intellectus herbarum est pigmentorumque peritia, ferunt quedam esse pigmenta, quorum si odorem ceperint nonnulla animalia, continuo intereunt: alia vero eodem odore recreantur, vitamque recipiunt. Et nunc ergo in his ipsis expositionibus & sermonibus, quos habemus in manibus, videtur alii vita ex vita, alii vero morte ex morte. Nam si haec exponi ita audiat animalis, qui dicitur homo, qui non potest percipere & intelligere, quae sunt spiritus Dei, irridebit sine dubio, atque inepta haec esse & inaniam pronunciat: dicens, somnia potius quam rerum causas & dogmata diuina tractari. His ergo odore hic Cantici cantorum efficiuntur de morte in mortem, scilicet de morte infidelitatis in

G
Exod. 15.
Ex. 16.
Philip. 1.
avd. vnu,
2. vnu, 26.
2. vnu.
Lue. 16. Ex.

Hab. 5. d

Ibidem.

H

2. Cor. 2. d

Ibidem.

A

mortem iudicij & condemnationis. Sequentibus verò spiritualem sensum & subtilem, atq; intelligentibus maiorem inesse veritatem, in his quæ non videntur: quam in his quæ videntur: & veriora haberi apud Deum inusibilis, & spirituallia magis, quæ visibilia & corporalia, amplectenda sine dubio huiusmodi intelligentia videbitur & sequenda. Agnoscent enim tale esse intelligentæ veritatis iter, quo peruenient ad Deum. Sed siquidem alienus à fide sit is, qui hæc ita iudicat & irridet, nihil mirum. Si verò aliquis ex his sit, qui videntur credere, & scripturarum auoritatatem recipere: non tamen recipit expositionis huius spiritualis formam, sed irridet & derogat, tentemus ex aliis scripturarum locis instruere eum ac persuadere. Qui si forte poterit sic refutare, & talia quedam dicamus ad eum, scriptum est: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Dicat ergo nobis, qui sunt oculi, qui illuminantur luce præcepti. Et iterum: *Qui habet aures audiendi, audiat: quæ sunt aures istæ, quæ qui habuerit, ipse solus verba Christi audire dicatur.* Et iterum: *Quoniam Christi bonus odor sumus Deo.* Et in aliis: *Gloriate & videte, quoniam fatus est Dominus.* Et quod alias ait: *Manus nostræ palpauerunt de verbo vita.* Putasne in his omnibus non mouebitur, vt aduerterat hæc viuens non de corpore sensibus dicta, sed de his quos secundum interiorem hominem inesse vniuersi: docimus, nisi si contentionis & iactantie virtio agitur, qui eiusmodi est. Quibus virtuis (quoniam & visus ille interior excæatur, & odoratus obcluditur, & obdurratur auditus) merito, nec vide re que spiritualia sunt, nec audire potest. Sed nec odorem istum Christi capere: quo nunc recepto, adolescentulæ ista, in quibus benè sanus & vigens erat hic sensus, in odorem vnguentorum eius currunt post ipsum: nec deficit currentes, aut laborant, quia suauitate odoris ipsius, qui est de vita in vitam refectæ, iugiter inualefecit. Potest adhuc & hoc modo accipi, quod ait: *Vnguentum exinanitum nomen tuum,* propterea adolescentulæ dilexerant te. Vnigenitus Dei filius cum in forma Dei esset, exinanuit semetipsum, & formam serui acceptum. Exinanuit autem de plenitudine sine dubio, in qua erat. Illi ergo qui dicunt: *Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus:* ipsi sunt adolescentulæ, quæ de ea plenitudine, ex qua se ille exinanivit, & factum est vnguentum exinanitum nomen eius, percipientes dicunt: *Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus.* Nisi enim exinanisset vnguento, hoc est, plenitudinem diuini spiritus, & humiliasset se vsq; ad formam serui, capere eum nullus in illa diuinatate plenitudine potuisset: nisi sola fortassis sponsa, pro eo quod videtur indicare: quia vnguentum istud exinanitum non fibi, sed adolescentulæ dilectionis dederit causam. Sic enim dicit: *Vnguentum exinanitum nomen tuum:* propterea adolescentulæ dilexerunt te. Aci si dicere: Adolescentulæ quidem propterea dilexerunt te: quia exinanisti de forma Dei, & factum est vnguentum exinanitum nomen tuum: ego autem non pro exinanito vnguento, sed pro ipsa vnguentorum plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco, ubi dicit: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Quod verò etiæ ipsa cum adolescentulæ post ipsum se cursurum dicit: hanc aio esse causam, quod perfecti quicunque omnia omnibus fiant, vt omnes lucrificant: sicut iam supra exposuimus.

*et benevoli
i. benevoli
eis, ne me
meos atra
dilectionis
omnis, q.
et p. q. q.
per os.*

*i. Cor. 2. d
Ibidem.*

Introduxit meret in cubiculum suum: *exultemus & iocundemur in te.* Cum indicasset sponso suo sponsa, quod adolescentulæ odore eius capte, currenter post ipsum, cum quibus etiæ ipsa cursura esset, vt eis formam præberet in omnibus: nunc quasi laboris sui consecuta iam palmarum pro eo, quod concurrenit currentibus, introducit etiam se dicit ab sposo regi in cubiculum eius, vt ibi videret cunctas opes regias. In quo vti: merito iocundatur & exultat, vt potè quæ secreta iam regis & arcana prospexerit. Hic est secundum propositum dramatis ordinem, quasi historicus intellectus. Sed quoniam cuius res agitur Ecclesia est ad Christum veniens, vel anima verbo Dei adhærens: quod aliud cubiculum Christi, & promptuarium Dei credendum est, in quo vel Ecclesiam, vel animam coherentem sibi introducat, nisi ipse arcanus sensus eius & reconditus de quo & Paulus dicebat: *Nos autem sensum Christi habemus, ut siam, quæ à Deo donata sunt nobis.* Hæc illa sunt, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus his qui diligunt eū. Cùm igitur Christus animam in intelligentiam sui sensus inducit,

in cubiculum regis introducta dicitur: *in quo sunt thesauri sapientie ac scientia eius absconditi.* Non mihi autem vacuum videatur, quod cùm potuissit dicere: Introduxit me sponsus mens aut fraternus meus, aut aliquid huiusmodi, vt ei mortis est: nunc quia cubiculum diætura erat, regis dixerit cubiculum: & non aliud nomen posuerit, in quo posset fortassis aliquis etiam mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regis nominatum, vt ostenderetur per hoc nomen prædiuers cubiculum, vt pote regium, & multis atq; immensis opibus repletum. Prope hunc omnino mihi videtur fuisse & ille, qui dixit raptum le esse usq; ad tertium cœlum, & inde in paradisum, & audire verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Quid enim putas esse illa verba, quæ audiuit: nōnne à rege audiuntur, & in cubiculo, & prope cubiculum positus audiuntur? Et crant credo illa verba talia quædam, quæ hortarentur eum ad maiorem profectum, & promitterent ei, quod si perseveraret usq; in finem, & ipse posset intrare regis cubiculum: secundum illud quod per Prophetam quoque promittitur: *Dabo tibi thesauros obscuros, occultos, inusibilis.* Aperiā tibi, vt cognoscas, quia ego sum Dominus Deus tuus, qui vocavi nomen tuum Israhel. Currunt ergo adolescentulæ post ipsum & in odorem eius, vnaquaq; tamen pro viribus: alia quidē velocius, alia paulo tardius: alia etiam inferius ceteris & ultima, alia primo loco: veruntamen currunt omnes, sed una est perfecta, quæ cucurrit sic, vt perueniret, & sola acciperet palmarum. Sola enim est, quæ dicit: Introduxit me rex in cubiculum suum: cùm prius non de sola, sed de pluribus dixisset: quia post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Introducitur ergo in cubiculum regis, & efficitur regina, & ipsa est, de qua dicitur: *Regina astigit à dextrâ tui in vestitu deaurato, circundata varietatibus.* De his autē adolescentulæ, quæ post ipsam cucurribant, & procul ab ea in ipsis currenti spatiis remanerant, dicitur: Adducuntur regi virginis post eam, proximæ eius adducuntur tibi. Adducuntur in laetitia & exultatione, inducuntur in templum regis. Sed & illud etiam in hoc aduertere debemus, quod sicut rex habet cubiculum quoddam, in quo reginæ sive sponsam suam introducit: ita habet & sponsa suum cubiculum, in quo monetur per verbum Dei ingressa claudere ostium: & ita conclusi illis omnibus diuinitus iuriis, intra illud cubiculum orare eum qui videt in abscondito, & perspicit quantas opes, animi scilicet virtutes intra cubiculū suum sponsa confidit: & videns eius diuitias, det ei petitiones suas. *Omni enim habent dabitis.* Quod autem ait: *exultemus & iocundemur in te,* videtur ex persona adolescentularum dici, vol optantum & perterritum a sponso, vt quemadmodum sponsa consecuta est, quæ perfecta sunt, & exultat: ita ipsa etiam suum implere cursum & peruenire usq; ad regis cubiculum mereantur, vt perspectis & tristis omnibus his, de quibus illa gloriarunt, etiam ipsa exultent sicut & illa, & iocundentur in eo. Vel etiam ad sponsam potest dictum videri ab adolescentulæ congratulantibus ei, & prominentibus petentibus, vt participes fiant exultationis eius & laetitiae.

Diligemus vberatua super vinum. Sponsa quidem, postquam oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & vberibus suis perfici, ait ad eum: *Bona sunt vbera tua super vinum.* Adolescentulæ vero, quæ nondū ad id beatitudinis venerant, neq; summan perfectionis acceperant, neq; vbi & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant, vt quasi experte pronunciarent de vberibus eius, quia bona sunt videntes tam sponsam delectari & refici ex vberib. sponsi, ex fontibus scilicet sapientia & scientia, quæ de vberib. eius fluit, & pocula cœlestis doctrina sumentes, tanquam imitatrixes perfectiōis eius, & desiderantes eidem vestigiis incedere, prominent & dicunt: *Diligemus vberatua super vinum,* id est, nos quidē nondū in id perfectionis ascendimus, vt iam diligamus vbera tua plus quam vinum: vel certè vbera tua, quæ sunt super vinum (vtroq; enim modo sensus stare videbitur) gerimus tamen spem, vt potè adolescentulæ in id attatis proficeret, quo possimus, non solum pauci, & aliex vberibus verbi Dei, sed & diligenter alenteam. Ita sunt autem adolescentulæ, vt sapientiam diximus, animæ, quæ primis, & initio valentibus eruditioibus videntur imbutæ: & velut vino quadam leñificatae, institutione tutorum dumtaxat curatorumque & paedagogi, vt potè paruile, & quæ haberent quidem in virib. amare vnum: non tamen haberent in aetate, vt amore vberum sponsi moue-

C
Coloff 2 a

2. Cor. 12. a

Eph. 4. 5. 4

D

Matth. 6. 8

Matth. 11. 5

1. Cor.

Ephes.

Iacob.

Phil. 3.

Hebreo.

Acta 7.

1. Cor.

Ephes.

Iacob.

Phil. 3.

Hebreo.

Acta 7.

1. Cor.

Ephes.

Iacob.

Phil. 3.

Hebreo.

Acta 7.

1. Cor.

Ephes.

Iacob.

Phil. 3.

Hebreo.

Acta 7.

moueri, aut excitari possent. Sed ubi aduenit plenitudo temporum, & Christus in eis proficit & sapientia, & iam peritio & perunt, quid sunt vbera sponsi, quae in his perfectio verbi Dei, & doctrinae spiritualis plenitudo designetur, etiam promittitur: quin plus quam vinum quod nunc tantum parvula bibunt, dilectur sint vbera sponsi, id est, propensiores futurae erga perfecta, & omni plenitudine decreta dogmata Christi, quam antea, sive in communibus studiis, sive in legis & Prophetarum vita sunt institutionibus extitile.

[Aequitas dilexit te.] Etiam hoc mihi videntur adolescentiū lēproloqui, velut satisfacientes, pro eo quod dilecturas super vinum se promiserunt vbera sponsi: & non iam in prelenti diligent, neq; integrum vim charitatis ostendunt. Estergo vox ista velut incusantum femei ipsas, quasi quae nōdum abiecit omni iniquitate peruerterim ad aequitatem, vt possint iam diligere vinum super vbera sponsi: cientes inconveniens esse, vt aliquid adhuc refideat iniquitatibus in eo, qui ad perfectionē spiritualē & mysticae doctrinā peruerterit. Quia ergo summa perfectionis in charitate consistit: charitas autē nihil iniquitatis admittit: vbi autem nihil iniquitatis est, ibi sine dubio est aequitas: merito ergo aequitas esse dicitur, quae diligit sponsum. Et vide, si non ob hoc etiam videtur illud in Euangelio à Salvatore dictum: *Sed diligitis me, mandata mea servate.* Si ergo, qui diligit Christum, mandata eius custodit: & qui mandata eius custodit, nulla est in eo iniquitas, sed aequitas in eo permanet: aequitas ergo est, quae mandata eius custodit, & diligit Christum. Et rursus: *Si qui mandata custodit, ipse diligit Christum:* mandata autem in aequitate seruantur, & aequitas est, que diligit Christum: qui iniquum aliquid gerit, neque mandata custodit, neque diligit Christum. Erit ergo, vt quantum iniquitatis in nobis est, tantum longè sumus à dilectione Christi: & tantum mandatorum eius prauicatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quandam directam ponamus esse aequitatem: vt si quid in nobis iniquitatis est, hanc adhibentes & superducentes directoriū mandatorū Dei: si quid in nobis currum, si quid tortuosum est, ab huius regulā linea resecetur, vt possit & de nobis dici: *Aequitas dilexit te.* Possumus autem etiam sic accipere, vt videatur simile esse, quod dixit: *Aequitas dilexit te, ac si dixisset: iustitia dilexit te,* & veritas, & lapidaria, & pietaria, & singula quaeque virtutes. Nec mireris sancte, si dicimus virtutes esse, que diligit Christum, cum in aliis ipsatum virtutum substantiam, Christum soleamus accipere. Quid & frequenter inuenies in scripturis diuinis, pro locis & opportunitatibus aptari. Inuenimus namq; ipsum & iustitiam dici, & pacem, & veritatem. Et rursus scriptum est in Psalmiss: *Iustitia & Pax oscularit sicut.* Et: *Vera de terra ortu est, & iustitia de celo prospexit:* que utique omnia & ipse esse, & rursus ipsum dicuntur amplecti. Sed & sponsus idem dicitur, idem etiam sponsa nominatur, vt in prophetia scriptum est: *Sicut sponsus imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento.*

HOMILIA SECUNDA.

*F*usca sum & formosa, filia Hierusalem, vt tabernacula Cedar, vt pelle Salomonis. In aliis exemplaribus legitim: Nigra sum & formosa. Rursus in hoc persona sponsa loquentis introducitur, Loquentis autem non ad illas adolescentulas, que cum ipsa currere solent: sed ad filias Hierusalem, quibus tantum has, quae derogarent feditatis eius, respondere videatur, & dicere: Fusca quidem sum vel nigra, quantum ad colorem spectat filia Hierusalem: formosa vero, si quis interna membrorum lineamenta perspiciat. Nam & tabernacula, inquit, Cedar, quae est gens magna, nigra sunt: & ipsa gens Cedar, nigredo, vel obscuritas interpretatur. Sed & pelle Salomonis nigra sunt: nec tamen ob hoc tanto regi, in omni gloria sua pellium visa est indecora nigredo. Non ergo mihi o filia Hierusalem, exprobretis culpam coloris: cum siue naturalis, siue exercitio qualita, corpori pulchritudo non deficit. Hac continet historicum drama, & proposita fabula species. Sed redeamus ad ordinem myticum. Hac sponsa, que loquitur, Ecclesiae personam tenet ex gentibus congregatae. Filia vero Hierusalem, ad quas ei ferro est, illae sunt anima, que propter electionem patrum, charissima quidem dicuntur.

Hieron. Tom. 8.

tur, inimicæ autem propter Euangelium. Ista sunt filia Hierusalem ciuitatis terrena, quæ videntes Ecclesiam ex gentibus, quamvis pro eo ignobilem, quod generositatem libi Abraham, & Isaac, & Jacob non posset ascribere: obliuiscensem tamen populum suum & domum patris sui, atque ad Christum venientem, spernunt eam, & pro ignobilitate generis offuscant. Quod sponsa sentiens, filias prioris populi imputari libi, & pro hoc etiam nigram se appellari, quia quæ paternæ eruditio non habeat claritatem, respondens ad hæc dicit: Nigra sum quidem o filia Hierusalem, pro eo quod non descendeo de stirpe clarorum virorum: neq; illuminacionem Mosis legis acceperit: habeo tamen pulchritudinem meam mecum. Nam & in me illud primum est, quod ad imaginem Dei in me factum est: nunc accedens ad verbum Dei, recepi speciem meam. Quamvis enim pro coloris obscuritate, comparetis me tabernacula Cedar, & pellibus Salomonis: tamen & Cedar ex Ismaele descendit. Secundo namq; loco ex Ismaele natus est, qui Ismael non fuit expers divinae benedictionis. Sed & pellib. Salomonis comparatus me, quæ non alia sunt quam pelle tabernacula Dei: & tamen miror vos o filia Hierusalem, mihi coloris velle exprobare nigredinem. Quomodo non memini nisi, quod in lege vestra scriptum est, quid palla sit Maria, quæ derogavit Mosis, cum *Æthiopissam* nigram accepisset vxorem: quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc veritate compleri: Ego sum illa *Æthiopissa*, ego sum nigra quidem pro ignobilitate generis, formosa vero propter pœnitentiam & fidem. Suscepit enim in me filium Dei, recepi verbum carnem factum. Accelli ad eum, qui est *imago Dei, primogenitus omnium creature;* & qui est *plenior gloria, & fulgor substantia eius,* & facta sum formosa. Tu ergo quid improperas conuertentis se a peccato, quod vique lex fieri vetat: & quomodo tu gloriaris in lege prævaricans legem? Verum quoniam in his locis sumus, vbi Ecclesia quæ ex gentibus venit, nigram se esse dicit, & formosam, quamvis longum videatur esse & coperosum colligere ex scripturis diuinis in quibus vel qualiter sacramenta huius forma praecesserit: tamen non mihi penitus omitendum videtur, sed quā potuerit breuiter memorandum. Primo ergo in Numerorum libro de *Æthiopissa* ita scriptum est: *Et locuta est Maria ad Aaron,* Num. 12. a. *& derogauerunt Mosis, proper mulierem *Æthiopissam*, quam accepit uxorem, & dixerunt: Nunquid Mosis soli locutus est Dominus? Nōnne & nobis locutus est?* Et iterum in tertio Regnorum libro scriptum est de regina Saba, quia venit à finibus terra audire sapientiam Salomonis, hoc modo: *Regina Saba audiuit nomen Salomonis, & nomen Domini: & venit tentare eum in parabolis, & venit in Hierusalem in virtute magna valde: & camelis portante oratione, & aurum multum valde, & lapidem pretiosum: & ingressa est ad Salomonem, & locuta est ei omnia verba, que erant in corde suo. Et enunciavit ei Salomon omnia verba eius. Et non fuit verbum, quod omisserit rex, & non enunciaverit rex ei. Et vidit regina Saba omnem prudentiam Salomonis, & domum quam adificauit, & cibos Salomonis, & sedem puerorū eius, & ordinem ministrorum eius, & vestes eius, & vini fuisse eius, & locousta eius, quae offerebat in domo Domini: & obstipuit, & dixit ad regem Salomonem: Verus es, fermo, quem ego audiui in terra mea de verbo tuo & prudentia tua: & non credidi his qui loquuntur mihi, vt que quo venire, & viderunt oculi mei. Ecce nec media pars est, que nunciabantur mihi. Adi disti enim bona super omnem auditionem, quam audiui in terra mea: Beata mulieres tua: beati pueri isti qui assisterunt in confiteitu semper, & audiunt omnem prudentiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui tibi dedit sedem Israel. Quoniam dilexit Dominus Israel, & voluit eum permanere in eternum: posuit te regem super eos, ut facias iudicium cum iustitia, & iudices eos. Et dedit Salomonem centum viginti talenta auri, & odoramenta multa valde, & lapidem pretiosum. Nunquam talia reverant odoramenta, nec in tanta multitudine, que dedit regina Saba regi Salomonis. Hancautem historiam paulo latius repeterem volumus, & inserere huic expositioni nostrae: scientes intantum conuenire hæc ad personam ecclesie, que ex gentibus venit ad Christum, vt ipse Dominus in Euangelii regina huius faceret mentionem, dicens eam venisse à finibus terra, vt audiret sapientiam Salomonis. Altri autem reginam dicit eam, pro eo quod *Æthiopia in Austris partibus iaceat:* & à finib. terra, quæ in ultimo posita. Inuenimus autem huius ipsius regina etiam Josephum in historia sua facere mentionem, addentem etiam hoc, quod postea quam regressa est, inquit, à Salomone, Cambyses rex miratus eius fa-*

Sal. 44. 8

Gen. 25 b
Ibid. 17. 6

Num. 12. a

Coloss. 1. c
Rom. 8. f.
Hebr. 1. a
Rom. 2. d

3. Reg. 10.
2. Par. 9.
Matth. 12. a
Luc. 11. d

Matth. 12.
Luc. 11. d